

PROTHASIVS EPISCOPV S AVENTICORVM.



Prothasius eruditione & autoritate in Auen-
ticorum regione, quæ hodie Bernensium di-
tionis existit, in magno pretio fuit. Itaq; anno 500
tempore Clodouei regis Francorum in eo tractu
Episcopus constitutus est, licet urbs illa celeberrima
Auenticum multis Barbarorum incursionibus
vaastata, ac in ruderibus desolata iaceret. Hinc fa-
ctum ut à nulla ciuitate certa, uerùm ab adiacenti
loco Prothasius & eius successores se Auenticoru
præfules nominarint. Sub eo Balmensis ecclesia
à Felice Graueleo in eius diocesi fundata, cōsensu
huius Prothasi. Cum in eo loco Prothasius per ui-
ginti annos uerbo Dei populum pauiisset, obiit, at
que Chilmegesilum successorem habuit. Ut itaq; eius Diocesis præfules co-
gnoscamus, qui Heluetios, Alemanno, & Burgundiones, Germaniaæ popu-
los, in uera religione instituerunt, eos ordine proponemus:

- 1 Prothasius 500. an. 20
- 2 Chilmegesilus 520. an. 14
- 3 Superius 534. an. 47. Hic in Conciliō Aruernensi fuit, anno 535
- 4 Marius 581. Is Episcopatum Auenticorum in eum locum transtulit, qui po-
stea Losanna dictus fuit. Itaq; Auenticorum, & post Losannensis Episco-
pus appellatur. De quo postea. Ioan. Stumpff. lib. 8.